



BIBLIOTHECA  
UNIV. JAGIELLA-  
CRACOVIENSIS

kat.komp.


43741

I

Mag. St. Dr.

P

unus planus. Quæstio de angina.



QVÆSTIO  
DE  
ANGINA

M. JOANNE TONSKI  
MEDICINÆ DOCTORE

*Publicè ad disputandum*



Pro loco inter Medicinæ Doctores, in  
Academia Cracoviensi,  
Obtinendo.

In Augusto Jagelloniane Domus DD. Theologorum Lectorio.  
Anno Domini 1648. Mense Aprili  
Die 21. Hora 13.

PROPOSITA.

CRACOVIAE,

Apud Lucam Kupisz, S.R.M. Typogr.

*Statuta 679*

34.V.28



COELESTI  
CORPORIS  
*43741* &  
ANIMÆ  
ARCHIATRO.

Sacrum esto.



Digitized by Google



# QVÆSTIO

**V**Trum Angina sit faucium inflammatio , ortum ducens à sanguine , é venarum jugularium ramis , in eas effluente , difficilem respirationem , deglutitionem que faciente , & pro ratione Indicationum , instrumentis Therapeuticis curari possit : nec ne :

)( 2 CON-

## C O N C L V S I O . I.

Angina est faucium inflammatio.

## C O R O L L A R I V M.

1. Angina est morbus compositus, ex magnitudine aucta, & intemperie.
2. Subjectum ejus sunt fauces, sive supra & gula, & gutturis partes.
3. Laboranti anginâ inflammari isthmum, & paristhmia est necesse.
4. Non tantum extimæ, sed intimæ etiam partes faucium afficiuntur.
5. Etsi os hyoidis, ad pharyngam referri non negemus, oscopiam tamen ejus, citra Anginæ morbum esse posse, probè noscimus.
6. Ab hoc affectu excludimus Eparmata, tam secundum Hyppocratem, Comm. 4. in 6. de morb. vulgarib. i. quam secundum Galenum 3. de Comp. Med. loc. C. 2. accepta.

## C O N C L V S I O . II.

Angina ortum dicit à sanguine, è venarum iugularium ramis, in fauces effluente.

CO-

## COROLLARIUM.

1. Causa proxima Anginae est Phlegmone, remota autem sanguis : quandoque à fungorum venenato- rum, aut aconitorum esu, proficiscitur.
2. Non nunquam dicit ortum Angina à materia pituitosa, seu tumore ædematoso, vel scyrho fauces oc- cupante, sed talis est jam notha.
3. Nominis sanguinis non tantum purum, sed etiam biliosum, pituitosum, atque melancholicum intelligi- mus.
4. In sententia Haruei, circularem motum san- guinis in animalibus assenerant, non ex venis jugu- laribus, sed ex arteriis Carotidibus, fluere sanguinem ad fauces, dicendum foret, congruenter.
5. Affluxus iste sanguinis in fauces fit, vel per mo- dum attractionis, vel per modum transmissionis.
6. A vertebrarum colli luxatione, sequi posse An- ginam exquisitam ; sicut & ex Angina, quandoque luxationem dependere, arbitramur.

## C O N C L V S I O III.

Difficilis admodum fit, cùm respiratio, tūm deglutitio in Angina.

## COROLLARIVM.

1. Non ergo negandum est, Anginam esse etiam ex ordine symptomatum actionis lesæ, tam naturalis, quam vitalis, in diminutione.

2. Ratio diuersarum partium, magis vel minus inflammatarum, facit illas quatuor Anginæ differentias. Cynanchen. Paracynanchen. Synanchen. Parasynanchen.

3. In tantum subinde legitur deglutitio, ut aboleatur penitus, ægro aquam sumptam per nares egerente.

4. Imminentis anginæ suspicio est, vel colli ad motum pigritia, sine causa manifesta; vel in deglutiendo, aut respirando molestia; vel calor & dolor faucium; vel denique si populariter eam grassari continet.

5. Presentis Anginæ est signum certissimum, praesenti conclusione expressum, citra tamen thoracis, & pulmonis vitium.

6. Periculosissima est omnium species, quæ Cynanchi à Græcis appellatur, lethalisque omnino euadit, si circa os spuma apparuerit.

CON-

## C O N C L V S I O IV.

Potest Angina curari instrumentis Therapeuticis, pro ratione elicitarum Indicationum.

## C O R O L L A R I V M.

1. Dogmaticorum curandi rationem amplectimur, Empiricorum solam experientiam, & purum Analogismum, repudiamus.

2. Habent hic locum Euacuantia. Reuellentia: puta enemata, glandes, ligaturae extremarum partium, frictiones, cucurbitulae, &c. Repellentia. Deriuantia. Digerentia. Maturantia.

3. Sanguis copiose & confertim, foramine mediocri, è cubito dextro permittentibus viribus, ætate, iusta respiratione &c. detrahendus: parcè verò & per vices, in difficillima respiratione deducendus est, ac ne grauidis quidem parendum.

4. Post venæ sectionem, eadem die institui potest purgatio, si periculum suffocationis urgeat, quâ portionibus ex Syr. rofarum Solut: vel Violarum itidem solutiō: cum Electuariis Diaſebesten,  
Dia-

Diacatholicon, &c. coninxitis, quā etiam Ene-  
matibus.

5. *Victus sit tenuissimus, jus pulli, aut carnium.  
Potus, aqua hordei, Syrup: Acetositatis cytri dulcorata.  
Quod si penitus nihil deglutire possit æger, ad cly-  
stères nutrientes confugiendum.*

6. *In extremo suffocationis ex Angina periculo, ad  
laryngotomiam tentandam, exempla nos probatorum  
inuitant Chyrurgorum.*



X X I X . 5 . 7

Biblioteka Jagiellońska



stdr0006934

